UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

De publico peccatore §. 5

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

Visual Library

ſcandalo ; placet quod docet Layman c nimirum : qui eſt recidivus, ſi affert aliquod ſignum emendationis, eſſe ſemper abſolvendum. Signa autem ſunt vel rarius peccare, vel aliquis major dolor, immo & dolor ex vero animo conceptus, vel ipſum ſponte confiteri, in iis, qui non urgentur à Præceptore, Patre, Pedagogo, cõſuetudine Congregatorum, ad confitendum, &c. Tunc enim habetur ſignum emendationis; ſecus non item.

c *Laym. l.* 5. *tr* 6. *c* 4 *n* 10. & 11.

## §. 5.

### *De publico Peccatore.*

12 PVblicus peccator, ut concubinarius, debet propter ſcandalum prius ejicere concubinam antequam abſolvatur; ſicuti occultus propter occaſionem proximam. Sed in occulto poteſt *a* prudens Confeſ-

a *Laym. ib.* 1.

ſarius aliquando, in quibuſdam circumſtantiis connivere, v.g. Quando aliquis in gravi infirmitate, vel mortis periculo alium facile habere non poteſt, qui ſibi neceſſaria miniſtret, niſi concubinam occultam, ad quam tunc pœnitus affectum non gerat, unde non ſit periculum labendi, promittitq; illam amandare, ut primum convaluerit, poterit à prudenti Confeſſario abſolvi. Aliqui *b* hanc neceſſitatem etiam ad publicum peccatorem in prædictis circumſtantiis ſibi trahunt, quando publicus verè proponit emendationem: quia tunc, ajunt, eſſe ſcandalum paſsivum: Sed væ illi pœnitenti, qui ad has anguſtias redigitur.

b *Lege. Dian p.4 tr. 4. reſ.* 265.

§ 6 De